



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

III. Multiplex genus praedictionum per verba.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO VII.

272

& sincerum pectus adhibeat , Christum , Christique dispensationem tam luculentis agnoscer expressam monumentis, ut finem Legis & Prophetarum Christum esse , & Vetus Testamentum formam esse & apparatus Novi fateri cogatur. Hinc illud ve-

tuſiorum Ebraeorum: *כל נח שזכיר בתורה בנבאים וכנהוגים רומיים אל החכמה Omnia quecumque memorantur in Lege, Prophetis, & Hagiographis, indicant Sapientiam;* hoc est Christum. Nam si petitis à Mosaico Pentatecho initii per universa prisci Federis volumina lectio decurrat, prænuntiatus uno concentu reperietur Christus ; homo videlicet quidam eximius & divinus, imo & ipse Deus, de nova Legi condenda, humani generis moribus in melius reformandis, ejusdemque eluendis noxis, ac salute demum hominibus comparanda à Deo legatus. Quapropter cum apud Agrippam regem, & Berenicen, & Festum Praefidem cauſam ex vinculis diceret Paulus, hac præ-

A& 16, 22, 23.

*Rom. 10, 4.
A& 10, 43.*

Duplex pre-dictionum ge-nus, per signa & per verba.

*Ezech. 5, 1, & seq.
Ole. 1, 2, & seq.
Hier. in Jerem.
19.*

*Gregor. M.
Hom. 31, in
Evang.
1. Cor. 10, 1, &
seq.*

*Gal. 4, 22, &
seq.*

*Col. 2, 17,
Eph. 10, 1, & 8.
1.*

Multiplex

significare crimen à se removebat : *Auxilio enim adjutus Dei usque in hodiernum diem suo, testificans minori atque majori, nihil extra dicens quam ea quae Propheta locuti sunt futura esse & Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & gentibus. Hac doctrina Romanos imbuebat, cum ad eos talia scriberet : Finis enim Legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Item apud Cornelium Centurionem de Christo sic differebat Petrus : Huic omnes Propheta testimoniūm perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum. Non alio saepius usos argumento Apostolos & Evangelistas reperimus, quam quod facrorum Vatum oracula subministrabant : ut quemadmodum in Novo Testamento complebatur Vetus, ita Veteri Novum confirmaretur.*

II. Duplex autem in Veteris Instrumenti libris appetat prædictionum genus, ab antiquis Interpretibus optime agnitus utrumque & distinctum; alterum expressum verbis, signis alterum ac simulacris adumbratum ; pro more per Orientem jam inde à vetustissimis temporibus usitatissimo, ac inter Judeos præcipue, quibus cogitationes, sive ad futura, sive ad præsentia, sive ad praterita pertineant, formis ac figuris significare solenne est. Hujus generis fuit Abiae Silonitæ vaticinium, cum pallii novi, iu duodecim partes scissi, decem feminæ colligere Jeroboamum jussit ; hac imagine Salomonici regni scissuram præsignificans, cuius decem tribus sub hujus imperium erant olim concellata. Sic Jeremias per subligaculum lineum in Euphrate putrefactum, Hierosolymæ, Judæorumque superbiam depressum iri portendit. Eadem per agri Anathothiæ emitionem præmonstravit Deus futurum, ut postliminio in patriam Babylone reversi olim Judæi novas agrorum emtiones venditiones contraherent, haud secus quam antea facere consueverant. Imminentes Judæi calamitates per capillorum & barba suæ rasuram, Dei iussu, præmonstrat Ezechiel. Scortum ducere jubetur Osee, ex eo que procreare liberos, atque ea ipsis imponere nomina, quibus futurorum inerant indicia. Rationem moris hujus dat Hieronymus : *Vult Scriptura divina, non solum auribus doceri populum, sed & oculis. Magis enim mente retinetur quod visu, quam quod auditu ad animum pervenit. Utroque modo Christus Iesus Discipulos suos præceptis instruebat : Dominus, ac Redemptor noster, inquit Gregorius Papa, per Evangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur. Præclare id argumentum Paulus in priore ad Corinthios Epistola prosecutus est, cum dicere Ebraeos in Moysi baptizatos esse in nomine & in mari, & omnes eamdem eam spiritalem manducasse, & omnes cumdem potum spiritalem bibisse, bibisse autem de spirituali consequente eos petra, petram autem fuisse Christum. Tum addit : Hac autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt. Et deinde : Hac autem in figura contingebant illis ; scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines facultur devenerant. Nobilissimum præterea, & observatione dignissimum exemplum in duabus Abrahami filiis constituit, quorum alter ex libra, insigni Dei beneficio, post iteratas pollicitationes natus erat, alter ex ancilla fuerat prognatus. Hos Testamenti utriusque Veteris & Novi figuram gerere docet Paulus : Unum quidem in monte Sina in servitudinem generans, que est Agar ; Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei que nunc est Jerusalem, & servit cum filiis suis. Illa autem que sursum est Jerusalem, libera est, que mater est nostra. Deinde subiicit : Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Idem alibi festos dies, neomenias, sabbatha, totamque adeo Legem, futurorum bonorum umbram esse docet ; quorum cultui deditos circumcisos, exemplari & umbra cœlestium deservire ; crassos nempe & pingues Judeos, literam consecantes, obviā videlicet & apertam horum significationem ; spiritum vero negligentes, intimam nempe significationem & reconditam, quam veri, & ex animo, intimisque sensibus Judæi, & corde circumcisi persequuntur.*

III. Quæ verbis autem continentur Prophetiae, vel nudam habent ac simplicem significationem,

significationem, vel obscuram ac multiplicem. Prioris generis est celebre Danielis de genio predicationis Christi interitu predictum. Tale & illud Osee: *Dies multos sedebunt filii Israhel sine citionum per regem, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim. verba.*
 Occulta inest & implicata venturorum predictio istis latae: *Et dixit Dominus ad me: Oie. 3. 4.
 Sume tibi librum grandem, & scribe in eo filio hominis: Felociter spolia detrahe, cito perdare. Et his quoque ejusdem Prophete: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum budo Ia. 11. 6. 7.
 accusabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & puer parvulus mitabit eos: vitulus & ursus pascentur; simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas.* Hanc quam proponimus Prophetiarum divisionem manifeste amplectatur Origenes libro primo contra Celsum: *λεπτὸν οὐδὲ περὶ ὃν πάλιον περιέπει ταῦτα παντόδουλον περιποντὸν Κατεῖχεν, οἱ μὲν δὲ αὐτογένετοι, οἱ δὲ οἱ αὐτορρεύσας, ή ἀδειά ζεπτόν, ποιεῖ δὲ γενεθλίου.* Primo igitur dicendum est, multis Prophetas res ad Christum pertinentes omnibus modis predictissimae; alios quidem per enigmata, quosdam per allegoriam, vel alio modo; nonnullos etiam apertis verbis. Enigmata interpretor signa; allegorias vero vaticinia, quibus multiplex subest significatio. Sed de variis hinc predictiorum generibus uberioris infra tractabimus. Nunc id tantum Lectio admonendus est, in his testimonis geminam significationem, manifestam aliam, aliam latenter complexis, tenendam hanc esse regulam, ut quotiescumque sensus obvius & ex orationis contextu efflorescens, praefereat absurdum aliquid, vel Legi divinae, aut Scripturae sacrae repugnans, tum insuper habeatur & spernatur ille sensus, nec in cortice Lectio haeret, sed reconditam sententiam enucleat, & evolvat.

IV. Minime vero probare possum Hugonis Grotii, viri de sacris literis cæterero-
 quin egregie meriti, sententiam, qui Matthaei locum quemdam interpretans, perti-
 nentes ad Christum predictiones, non alias, quod patremur, sed univeras, pri-
 marias quemdam & proprium ac proximum sensum, ad historiam ejus temporis, quo
 profrebantur, referendum involvere docet; secundarium vero & mysticum ac alle-
 goricum & remotum, ad Christum. Hoc, inquam, in multis verum esse fatemur
 velut in illa predictione Jeremiæ: *Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & Exploditur
 fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eos, quia non sunt: quibus & duplex Gro-
 calamitates hoc tempore Bethlehemitis à Babylonis illatae significantur primum, primarium, pri-
 de Christo
 deo
 riam tempora;* & alia ab Herode inferenda prænuntiantur. Hujusmodi & illud est, *Ego ero qui ad bis-
 te in patrem, & ipse erit mihi in filium: quod de Salomone predictum à Deo per Na-
 thanem, ad Christum sine hesitatione referit Paulus in Epistola ad Ebraeos. Aliud
 quoque nobis exemplum suppeditat Hieronymus: *Hic est mos Scripturae sancte, inquit, das sit; fe-
 ut futurorum veritatem premitat in typis, iuxta illud quod de Domino Salvatore in septuaginta cundarum;
 mo primo Psalmo dicitur, qui prenotatur Salomonis & omnia que de eo dicuntur, Salomoni non va-
 qui ad Chri-
 lent convenire. Nec enim permanet ille cum Sole, & ante Lunam generationis generationum, ne-
 sum:
 que dominatus est à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, nec omnes
 gentes servierunt ei, neque ante Solem permanet nomen ejus, nec benedicti sunt in ipso omnes tribus
 terre, neque omnes gentes magnificaverunt eum. Ex parte autem, & quasi in umbra, & ima-
 gine veritatis in Salomone premissa sunt, ut in Domino Salvatore perfectius implerentur.*
 Verum alia esse pertendo Prophetarum oracula, quæ Christum mere respiciant, ad
 ea vero quibus edita sunt tempora, nulla quantumvis coacta ac violenta expositione
 queant detorqueri: cujusmodi sunt predictiones, Jacobi Patriarcha de abrogando sce-
 ptro Juda, cum venerit Christus; & Danielis de Christi adventu post hebdomades
 septuaginta. Tale est & illud Zachariae: *Et appendebant mercedem meam triginta argenteos. Zach. 11. 13.*
*Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum
 ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium. Inusi-
 tata illa Propheterum acta, qua Dei iussu fiunt, futurorum fere signa esse confit ex
 allatis paulo superiori exemplis. Hujusmodi esse & hoc Zacharia certum est: cui
 equeodnam aliud contingit πάθεια, quam cum à Juda Christus venditus est, com-
 minisci Grotium non posse puto. Simile est & istud ejusdem: *Exulta satis, filia Sion: Zach. 9. 9.**
*jubila, filia Jerusalem: Ecce rex tuus veniet tibi justus & salvator: ipse pauper & ascen-
 dens super asinam & super pallum filium asine. Ostendat Grotius regem aliquem Juda, iu-
 stum, Salvatorem, pauperem, asinam vectum, pullo subsequente, Hierosolymam innisse,
 non repugnabo. Simile & illud Davidis: *Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea Psalm. 68. 12;*
 potaverunt me acco. Dicat Grotius equando felle pastus fuerit David, vel acetum
 biberit. Clarissimum vero præ reliquis istud ejusdem: *Foderunt manus meas & pedes Psalm. 21. 18;*
*meos, disnumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me: di-
 runt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserant sortem. Quæ quem locum ob-
 tinere possint in historia Davidis, non intelligo. Scio hæc commentariis quibusdam
 allegoriis obtundere conatum esse olim Theodorum Mopuestenum, sed vanis adeo***

Mm